



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Cap. IV. Agit de gratis no[n]nullis, quas horu[m] monasterioru[m]
Monialibus D[omi]n[u]s elargitur simulque praepositas monet, & docet,
quomodo in illis se gerere debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

*Ioannes à
Cruce B.
Matrē con-
tinent. Ep. 14
et placet.*

nus probare voluisse videatur. Ipse verò ita viriliter omnia sustinuit & tantum inde in spiritu profecit, vt Dominum ipsa mirum in modum laudarem; vt iam tum illum Maiestas; ipsius ad hoc disponere videtur. Non multo post, alium eiusdem instituti Religiosum, ætate uenem, Salmantica tum litteris operam dantem, vnā cum socio suo appellere contigit. Socius mihi multa de eiusdem probitate & seropne narrauit: nomen verò huic erat Ioannes à Cruce. Ego Danie propterea quā potui maximas egi gratias, cumque eum coram me uenisset mirè mihi placuit, ex eoque intellexi ipsum de Cantabrigiensi instituto assumendo cogitare. Illico ego mentem meam aperui rogauiq; non antè ad nouū illud institutum capessendum animū inuoluerem, quā hōbis aliquod Dominus monasterium dedisset; longaque utilius & ad maiorem Deigloriam futurum ostendi, si quidem maiorem perfectionem aspiraret, eam in ordine exereret ad eum primò vocatus esset. Fidem Ioannes dedit, modò æquo diutius in monasterij erectio non differretur: iam tum ego rem totam considerare habere putabam, quod duos fratres ad fundamenta iacienda & implendum haberem; etsi Antonius mihi vsquequaque non satisfactus, itaque rem aliquantulum distuli, eo in primis quod de esset locus in quem eam auspicarer.

*Discalce-
tarum vir-
gines & no-
men.*

Crescebat porro indies monialium apud Metinenses auctoritas nomen, ac singularem hi in ipsas amorem & affectum ostendebant: prout mihi quidem videtur, merito: neque enim aliud pro se quod spectabant, quā qua ratione Domino magis seruire possent. Eadem verò viuendi rationem sequebantur, quā quæ in S. Iosephæ bulæ agebant, quòd eandem vtræque Regulam & constitutiones haberent. Vnde etiam Dominus Virgines nonnullas ad habitum eius assumendum permouit, quibus etiam tam singulares & eximias dabat gratias, vt mecum ipsa mirarer. Sit is in æternum benedictus. Amen. Videtur quippe aliud non spectare & intendere, quā amari amet.

CAPVT IV.

AGIT DE GRATHS NONNVLIS, QVAS HORVM MONASTERIORUM Monialibus Dominus elargitur. simul & præpositas monias docet, quomodo se in illis gerere debeant.

Antequam porro vterius prouehar (nescio enim, quantum mihi Dominus adhuc daturus sit, aut quantum otij, cum in se sens illud, quā exiguum habeam) visum mihi est, monita quædam

mittere, ut Praeposita & munus suum intelligant, & subditas suas
cum animarum fructu, esto non tanto suo cum gustu, conduce-
re possint.

Notandum ergo est, eo ipso tempore quo harum fundacionum
genem & historiam ut conscriberem mihi mandatum est (omissa ni-
mum fundacione S. Iosephi de Abula, quae statim ac peracta est, scri-
pto commissa est) iam tum, Deo dante, septem alia monasteria fundata
esse ipsam quod in Alba de Tormes erectum est, (quod omnium po-
terentium est) annuerando. Causa vero cur plura fundata non sint,
hinc quod Superiores me alteri rei, (vix postea videre erit) interdere ius-
serunt & occuparunt. Porro cum ad spiritualia charismata, quae per hos-
te annos his in monasterijs exaltus data sunt, reflecto, vidi certe quam
necessarium me sit scribere ea quae iam dicere decreui. Det Dominus,
ut prout quidem id video necessarium esse, ita id possim proficere, &
quoniam illusiones diabolicae non sunt, non est quod spiritus quid
dumtimeant nam quando (sicut alibi me dicere memini, in iis vide-
bitur reculis, quas in Monialium mearum usum scripsi) mundam habe-
re conscientiam, & si necera cum obedientia in omnibus procedere satagi-
mus, nunquam Dominus permittet, tantam diabolum ut habeat poten-
tiam, ut nos sic decipiat, ut animae propterea detrimentum aliquod inferat,
imò vero ipsemet decipitur, & damnum inde patitur. Quod
cum non ignoret, non tantum illum nobis mali inferre mihi persuadeo,
quantum prava nostra inclinatio, & noxiae complexionones (praesertim si
quid accedat melancholiae) etenim natura mulierum debilis est, & a-
mae propius, qui in nobis dominatur, admodum subtilis. Vnde cum
mulier, tam viri, quam mulieres, nec non quaedam horum monasteriorum
Moniales, consilij causa me accesserint, facile & liquidò è verbis ipsorum
percipere ipsos saepe seipfos, tametsi id nolint, decipere: crediderim e-
quidè, diabolum his sese subinde intermiscere, ut sic nobis illudat & de-
cipiat tamen è multis illis, quos (sicuti dixi) vidi & audiui, neminem
vixquam intellexi, (quae Dei bonitas est) ab eo penitus derelictum fu-
isse, & decipi permittum. Forsitan verò per hosce lapsus & fragilitates
excitare eos vult, ut sibi sic aliquam experientiam comparent, & inde
cauiores reddantur.

Porro ea quae ad orationem & perfectionem spectant, (peccatis
nostris id exigentibus) ita iam passim in mundo prolapsa sunt, ut hac
ratione me ipsam necesse sit declarare, nam si, cum etiam prorsus nullum
in hac via homines periculum videant, illam tamen inire metuunt, quid
ignotus esset, si quod in ea periculum contineri dixissemus? Quamquam
in omni re ac studio semper aliquod (ut verum fatear) subsit, atque in om-
nibus

S. Matris Teresae Opera.

Tr

nibus

S.
TERESIA

DECA

VI
106

*Cur. B. M.
plura mo-
nasteria non
fundavit.*

*Munda con-
scientiam non
patet illu-
sionibus.*

*Plus nobis
nocet prava
complexio,
quam dia-
bolus.*

*Perfessio &
oratio quo-
modo iam
exciderit.*

*Sper cum
timore inco-
herendum.*

nibus, quamdiu in hoc mundo vivimus, necesse nos est cum timore & metu incedere, Dominum rogantes, nos ut doceat, neve inquam dece-
rat. Porro, sicuti alias me dixisse credo, si vllas in mundo non inveni-
securus esse possit, ij certe sunt, qui de Deo assidue cogitare, vitamque
suam omnimodis perficere, plus alijs procurant. Quam, o Deus, nos
ad oculum videmus, ab ijs nos periculis per te saepe liberari, in quibus
nos conijcimus, ut etiam directe contra te simus, vti dum credimus nos
me te nos liberaturum, quæ tamen aliud non spectamus, quam quomodo
tibi placeamus, & tecum deliciemur? Numquam in animum incede-
cere meum potui, id ut crederem; fieri quidem posset, ut per alia fecerit
sua iudicia, huiusmodi aliqua Deus vtrumque permitteret; at quod
num est, numquam mali aliquid produxit. Itaque id eod dico, ut ipse
nostro complacendi, citiusque eum inveniendi, viam melius inquirere
curemus, ab incedendo vero penitus non cessemus, tum ut hac ratione
animemur, ad generose & fortiter portuum tam periculosorum & ter-
rorum, vti vita hæc est, vias ineundas; non vero, ut in ijs capessendis
pusillanimitate sequeamur: Cum tandem, si modo cum humilitate
incedamus (Dei mediante misericordia) ad civitatem illam lætissimam
cælestem peruenturi simus, vbi omnia, quæ hoc in mundo pati sumus,
mala & incommoda, exiguum quid, aut potius nihil, esse videtur
tur in comparatione eorum quibus ibi fruimur.

*Primis Ex
calceatis
qua dona
calceus con-
sessa.*

Cum ergo hæc Beatissima Virginis Mariæ colubariola multiplex
& crescere inciperent, incepit quoque diuina eius Maiestas magnas
sua commonstrare in imbecilibus hæc mulierculis, tamen in de-
rijs suis, & in omnium creaturarum abnegatione fortibus: hæc appo-
pe est quæ animam Creatori suo magis quam aliud quidlibet con-
git & vnit, quando nimirum mundam habere conscientiam in-
Non erat necesse hanc particulam me adiungere, cum ipsa abnegatio
vera sit, impossibile mihi videatur esse, ut qui eam habent, Dominum
offendant, cum omnia eorum opera & verba ab illo ne vel minime
discedant, vnde etiam Maiestas ipsius ab ijs se subtrahere non le-
viret.

Hoc quidem est, quod iam hic video, & quod etiam in vestris
cere possum; timeant vero sibi illa, quæ postea ventura sunt, & illa
legenti; & si non videant tunc idem quod modo observamus, ad
poribus ne adferbant: semper quippe tempus est, ut magnas
ei impendat gratias qui sincerè & in veritate ipsi seruiunt; videantque
in hoc aliquod irrepperit relaxamentum & defectus, ipsi magis
viribus emendare studeant & reparare.

*Primis or-
dium fun-
damentis
aur magna
sint gratia
collata.*

Audio interdum, cum de primis Ordinū initijs sermo fit, Dñm salutem
præcis nostris antecessoribus (qui velut eorū fundamenta erant, &

regretas contulisse. Et verè ita id est. At, hi haud dubiè semper cõside-
 rant, se fundamèta & primordia esse illorũ, qui post secuturi sunt; &
 finos, qui iã vivimus, nõ excidissimus ac defecissimus ab eo q̃ illi præ-
 ditur, & qui post nos venturi sunt, tantum dẽ & idipsũ nõ facerẽt, ad-
 huc semper firmũ & inconcussum maneret. Quid enim mihi profuerit,
 precorũ & superiores sanctos, tales fuisse; si ego postea ad eò sim im-
 probus, vt malis meis moribus, malaq; quã induco consuetudine, ædifi-
 cium luxuratum & dissolutum relinquam? certum est enim, posteros, &
 post sequentes non tam respicere & ante oculos gerere eos qui iam du-
 dum præcesserunt, quã eos quos iam præsentis & viuentes vident. Ri-
 dum sane est, quòd imperfectionis meæ causam in id, quod
 meæ primas nõ fuerim, & nõ perpendam, quantum sit inter meam vitã
 ac meritum, & illorum quibus Deus gratias tam excellentes faciebat,
 delictum. Quã sunt, Deus bone, excusationes hæc frivola & contor-
 torum, quã manifestæ & evidentes hæc sunt illusiones! pœniter ac tædet
 me Deus meus, esse me tam sceleratam, & obsequio tuo, tam parum ad-
 ditam. Sed novi, Domine, me in culpa esse, quominus mihi facias gra-
 tias, quas prædecessoribus meis contulisti: miseret me vitæ meæ, Do-
 mine, dum illam cum ipsorum vitæ compono; quod certè sine lacry-
 ma dicere non valeo. Perdidisse & dissipasse me video, quod suo illi la-
 bore comparant, ac nulla me ratione de te posse conqueri. Nefas
 quippe est quampiam cõqueri: at si ordinem suum in aliqua re prolabi,
 falli, & relaxari videat, det operam, talis vt lapis ipsa sit, suo vt admi-
 raculo & officium prolapsum restauraret & resurgat: ad quod ei Domi-
 nus haud dubiè auxilio erit.

Vt autem ad id quod dicere proposueram revertar (multum enim
 de via quam inire ceperam deflexi) tam multas ac tam singulares Do-
 minus in hoc in domibus gratias monialibus præstat, vt omnes eas ad
 meditationem euehat, nonnullæ porro ad perfectam pettingant con-
 templatione, aliæ vero vsque eò euehantur, vt & raptus & ecstases pati-
 untur, alijs quoque alio modo gratias Dominus largiatur, nec non re-
 velationes & visiones, & quas à Deo provenire quã manifestissimum
 est. Nullum namque hodie monasterium est, in quo non duæ aut tres,
 quibus huiusmodi gratiæ fiant, reperiantur: quamquam norim in hoc
 in diuinitatem nequaquam consistere, vt neque propositum mihi est, so-
 lum eas dilaudare ac celebrare; sed ideo hæc dico, vt ea quæ hic præ-
 scribere volo monira appareat non esse præter rem aut extra propo-
 situm.

*Primis op-
 dinũ fund-
 mentis cur-
 magna sine
 gratia col-
 lata.*

*Monialium
 Discalce-
 torum præ-
 marium per-
 fectio.*

S.
 TRESIA
 DECA
 VITI
 ME

